

omnibus absentibus (cum Dominos Collegas meos D. Gaultierum  
fuit 20 Septembr. Breve convenit, et reliqui, D. Altingius  
um interim Hesperianam concessisse audiam) in proclivi  
erit, Theologos extraneos, jesuitas Academia extrudere,  
ego pariter me declaro, sub idem cautione salvis con-  
ductis à Magistratu Academico etiam sigillis confirmatis,  
si, de secura reditu et mansione apud vos et apud meos  
proximus ad Cathedram meam redire: atque etiam sub ita  
demum seipsum ad omnia, si qua contra me erit, conve-  
tionem, de jure respondere, eandem etiam Collegarum me-  
orum esse mentem non dubito, sed confido. Haec sunt  
qua in praesenti angustia et Magnificentiam vestram  
et Senatuum honoratissimum perscribenda et supplicanda  
esse duxi, etiam atque etiam rogans, ut de his, et de reli-  
qua Academia conditione, seu publica seu privata re-  
sponso, me certiorum facere ne gravemini. Deum  
eternum Patrem Domini nostri Jesu Christi sup-  
pliciter oro, ut caelestis et seipso. Archipalatina in-  
sertis tempestatem tam belliam à nostris cervicibus  
et clementer avertat, Academiam nostram san-  
tam rectam servet, atque honorandos Dominos Colle-  
gas, omnes et singulas, institutione sua in columnas  
ab immortali teneatur. Valete. Ex palatino in Licoona  
die Nonarum Novembr. 1621.

Vestrae Magnificentiae ac Dignitatis

Studiosissimus Collega

David Patrus S.

Theologiae Professor Senior,

ad praesens tempore Facult.

Theolog. Decanus.

247  
D. Patrus

D. Juaco Cranero Gymnasii

Hombachiani Rectori: Antiquo suo:

Salutem et benedictionem à Domino!

si audivisti forte ob turbas turbatissimas Palatinae  
nostrae

304

nostri secessum meum in vestra montana, Anvillam  
usq; . Neq; enim exitum dicam, cum nec iudicij senten-  
tia excessem, nec liberum desperem reditum, quampri-  
mum militaris furor circa Academiam nostram dese-  
derit. Excessi autem non communi territus periculo  
| quis enim hoc cum civilibus refugiat in civitate? |  
sed vario amicorum monitu de singularibus insidiis  
minisq; inductus, Servatoris et Apostolorum exemplo,  
ne non declinando periculum, quod possem, deum  
meum tentare viderer. Quod ad te hanc datam occasio-  
ne scribo, vir ornatissime, mihiq; charissime, quo-  
niam, ut tibi me aperiam, siquidem | quod deus  
avertat! | in vicinia hostilib; metus magis nos  
premeret, consilio amicorum et ipsa necessitate  
coactus retrò in vestra montana, et quidem ad  
vestras Musas Hornbacenses me recipere est  
animus: ubi me non incommodè hiemare posse,  
vestraq; benevolentia me consolari sperarim, cum  
et exulibus aliis, et mihi quoq; ditionem suam con-  
ceserit noster serenissimus. Hodie autem filium  
meum Philippum et amannensem Heidelbergã  
expecto, et quidem cum Evangelio. Sumoribus de  
Principis nostri presentia, cum aliquanto exer-  
citu nihil dare possum, donec certius quid audiam.  
Mansfeldius adest, sed præter populationes et in-  
cendia nihil dum audio ab eius milite gestum  
memorabile, et minus jam apparet verum illud  
vetus. Nulla fides pietasq; viris qui castra se-  
quantur etc. Omnes tesseri ludunt de alieno  
corio. In summa tamen hanc confusione, attollendi  
nobis sunt animi ad Deum nostrum in caelis,  
absq; cuius natu nec capitis nobis cadet, nisi nostro  
bono. Hanc fiduciã freti bene speramus, Eulesian et  
nos servatum iri, quamvis cum cruce. Feliciter

Vale et ex me saluta D. Samuellem Cordidum, olim  
meum et tuum, et nunc haud dubie meum, ceterosq;  
Dominos collegas, quibz, ut et toti collegio vestro  
Dominus a fatim benedicat. Anville. 3. Jul. Novembr.  
1621.

248.

J. Careus

Johanni Philippo Pareo, filio suo  
charissimo salutem.

Ne mireris, mi fili Philippe, postrema recognitione  
Explicationum catechetiarum ab ipso anno 1621. nun-  
dinis vernalibus edita ultiman hanc curam hacten-  
tendas insuper à me additam. Pretiosa margari-  
ta manu gemmarum vix eliminatur satis, quin semper  
ille nitidiorem dare cupiat, et quovis obtutu vide-  
at, quod elegantia additum velit. Ita hic Thesaur-  
us Catecheticus nunquam mihi in manus fuerit,  
quin quasi renovata Receptoris voce audiam  
et discam, quod prius me fugerat: nunquam etiam  
de manibus ponitur, quin hic ibi mentem subeat,  
quod eliminatius redditum velim et prout hodie  
postulat seculum, explicatius. Verè autem con-  
firmo, post S. Biblia vix alium librum fre-  
quentius me manibus trivisse, quam hunc The-  
saurum Catecheticum: vix alium, imò nullum  
esse in hoc genere, cui plus nervosioris Doctri-  
nae tribuam, tribuigz jure posse existimem.  
nullum, cui ego quidem plus opera studigz libens  
meritoz impenderim; nullum ex quo S. Theologiae  
studiosis plus utilitatis spondere ausim; pro quo  
omnes lucubrationes meas alias vix casse nu-  
cis aestimo: quigz unus Commentariorum aliorum  
jacturam Theologicis Scholis pensare bonè parte  
possit. Quare et hunc tibi quoqz diligenter habetis  
commendatum, imprimis verò hanc postreman  
meam re-